Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Increpasti gentes occulto iudicio
discretionis p predicatione aplorum
ab ydolatria Et periit impius
scilicet dyabolus Quia tu gentes
increpuit verbum dei confrege-
runt ydola in quibus impii
demones colebantur vel impius
scilicet periit ab impietate se con-
vertendo unde dicit dominus Si
conversus fuerit impius ab in-
iqua via sua omnium iniquitatum
eius non recordabor Nomen
eorum quia qui tunc vocabantur et
fuerunt ydolatre et gentiles
nunc sunt et vocantur xpiani
et credentes Nomina etiam ydo-
lorum perierunt ut predictum fuit
Zach. 13. In die illa dicit dominus
perdam nomina ydolorum de terra et
non memorabuntur ultra Inimici
frameae i. gladii inimici i. dya-
boli defecerunt quia sunt decipien-
tes vel errores quibus dyabolus
occidit animas defecerunt in fine
quia per magna parte potestas demo-
num diminuta est Et civita-
tes eorum i. firmi eorum munitiones
scilicet homines in quibus dyabolus
regnat ubi dolosa et fraudu-
lenta consilia locum tunc obtine-
do vicia singulorum membrorum mi-
stri oculi ad curiositatem ad lasci-
viam aures manus ad rapi-
nas vel ad iram Civitates aliter
te enim civitates cultui demo-
num dedite per principes catho-
licos sunt destructe Periit
memoria eorum cum sonitu scilicet
predicationis vel cum sonitu ar-
morum quando ad illas civitates
per catholicos milites expug-
natos Sed dominus in eternum per-
manet Extra sedebit in do-

mo Iacob in eternum et regni eius
non erit finis Luc. 1°. Paravit
in iudicio i. xpus paravit iudi-
ciaria sua potestatem in iudicio
scilicet cum ipse iudicaret Et ideo
ipse iudicabit respectu idem ut
sepe consuevit ex gaudio vel
errore Et factus est dominus refu-
gium pauperi i. illi qui nil
amat in transitoriis qui est
de illis pauperibus spiritu Math. 5°.
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum Adiutor in
oportunitatibus i. in hiis in quibus
opus est Ideo subdit in tribu-
latione In tribulatione enim do-
minus tantus est adiutor quod etiam
non solum patienter faciat sufferre
sed etiam gaudenter ut legitur
Act. 5. Et ibant apostoli gau-
dentes a conspectu concilii etc.
Et sperent quidam dicunt quia eos refugi-
um et ideo sperent in te scilicet
per veram fidem quoniam non dere-
liquisti scilicet absque consolatione que-
rentes i. invocantes te Et ideo
pro tantis beneficiis subdit psallite
domino scilicet gratias agendo qui habi-
tat in Syon i. in civitate celesti
Cum licet ubique sit per suam presentiam
et potentiam tamen in celo spe-
cialiter habitat per apertam visio-
nem quia ibi videtur facie ad
faciem Annunciate inter gentes
studia i. legem ewangelica quam
ipse met dominus studuisse docuit
facto et verbo ut dicitur Act. 1°. Ce-
pit Ihesus facere et docere Et annun-
ciatio spalter innicta discipulis
propter barbaros Cum legitur Act.
13°. Vobis oportebat primo loqui
verbum dei sed quoniam repulistis

Deus ubique est
per presentiam et
potentiam